



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

56. Gesta manumissionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

jure proprietario quod volueritis, & nullus vobis de omni hereditate mea repudiare non debeat, nec facere possit, stipulatione subnixa.

Mandatum.

LIII. Dulcissimo amico meo illo, ego ille. Rogo atque injungo caritate tua ut hias ad vicem meam ad civitate illa, ad illo defensore & illo professore, vel curia publica ipsius civitatis, & hanc epistolam, qua ego filios meos illos in totius hereditatis meae legitima successione instituere & legitimos filios meos, sicut in ipsius epistole textu continetur, conscribere volui, ea gestis municipalibus, ut mos & lex est, juxta morem & consuetudinem alligare atque firmare facias, ad prosecutionem celebratam, quod tibi rogo mihi rescribere pigrum non graveris, stipulatione.

Hereditaria de hereditate.

LIV. In nomine Domini. Anno illo Domini nostri illius Regis, mense illo, gesta habita apud laudabile viro illo defensore & illo professore vel curia publica ipsius civitatis, ille ait. Quae vobis, optime defensor, ut mihi codices publicos patere jubeatis, quia habeo quaedam prosequere quae gestorum allegatione cupio roborari. Memorati defensor & ordo curiae dixerunt: Patent tibi codices publici, prosequere quae optas. Ille dixit: Amicus meus ille mihi injunxit per suum mandatum sollempniter roboratum ad laudabilitatem vestram accedere debere, & hanc epistolam, quam ipse, sicut textus declarat, in praedictos filios suos illos conscripsit, pro eo quod in bene ingenua femina illa ipsos generavit, & tamen chartolam libelli dotis ei secundum legem non adfirmavit, propterea jam dicti filij secundum legem naturales appellantur, ita antedictus pater eorum ei complacuit ut ipsos secundum legem Romanam in ipsa civitate ante curiam publicam debeat in legitima totius hereditatis suae instituere hereditate, ita & fecit, dum inprolis, nec legitimos infantes non habuerit, ipsos in legitima hereditate pro legitimis filiis in omnes causas recepit; ut praedicta epistola juxta morem & consuetudinem gestis municipalibus alligari atque firmari debeat. Supra scriptus defensor una cum suis curialibus vel subscriptionibus instituerunt vel inobdierunt sub signaculis. Et haec gesta quomodo est conscripta, manu eorum roborata, ei visi fuimus tradidisse, stipulatione subnixa. Actum.

Tom. II.

Epistola.

L V. Magnifico amico meo illo, ego ille. Cognoscas juxta inunctionem tuam, ut per tuum mandatum mihi rogasti, ad illa civitate ad illo defensore vel curia publica ipsius civitatis me accessisse, & hanc chartolam, qua infantes tuos, quod naturales sunt, in legitima hereditate secundum legem instituiti, sicut in ipsa chartola tam de rebus quam & de ipsa munera ad ipsius infantes continetur, gestis municipalibus juxta morem & consuetudinem allegasse atque firmasse cognoscas, & de persecutione celebrata, quod mihi rogasti, rescribere vel prosequere mihi pigrum non fuit. Stipulatione subnixa.

Gesta manumissionis.

LVI. Quod secundum legem Romanam actum est nullatenus revocetur. Itaque sub die illo, anno illo regni Domini nostri illius Regis, Indictione illa, venerabilis ille Diaconus testatur eis quia stabili sub scripturis manumittere in Ecclesia illa vindictaque liberare famulo illo suo nomen illo bene sibi merito secundum constitutionem bonae memoriae Constantini legis, qua fixum est ut omnes qui sub oculis Episcoporum, Presbyterorum, seu Diaconorum in Ecclesia manumittuntur, ad civitatem pertineat, & ab Ecclesia defensetur, & vult eum juxta consuetudinem, cujus commemoratio * subpraevia est, ad civitatem pertinere Romanam, ea tamen conditione ut eat ubique, quam voluerit partem pergat, tanquam si ad ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, & nulli heredum ac proheredum meorum minime quicquam debeat servitutis, nec libertinitatis gratiam, nec patronatus obsequium, sed, sicut dixi, sub integra & legitima ingenuitate debeat permanere ingenuus atque securus, & semper ad civitatem debeat pertinere Romanam, testamentum etiam faciendi liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis verò.

*Linden-
brog. supra-
dicta

Traditoria.

LVII. Notitia traditionalis, qualiter vel quibus praesentibus venit homo aliquis nomine ille ad illo manso, quem ante hos dies per chartolam venditionis ad filium suum adfirmavit, per visus fuit tradidisse vel consignasse, & exitum inde fecisse. His praesentibus.

Obnoxatio.

LVIII. Domino meo semper, ego enim ille. Dum non est incognitum quali-

G g